quinque annos quinque vero infra annum a die
qua res distribuendas accepit computan
dus quod patet quia post annum inde te
netur reddere rationem ut in pallia nulli s.
etiam aut vel computabitur a die facte mo
nitionis per episcopum de exequendo in aut.
de ecclesiasticis titulis s. si aut qui fa
cere et de her. et falc. s. si quis vero non
implens et s. illud ex. de testa. c. nos q.
dem vel dici potest et melius quod impiis
voluntatibus infra sex menses ab in
sinuatione testamenti numerandos quod si forte
ulterius distulerit fructus et omne le
gatum distribuere cogetur ut in aut.
de eccle. ti. s. si aut legatum vel forte illi
sex menses computabuntur a tempore bi
ne monitionis que habet fieri executori
ut in eo s. si aut. sicut in legatis solue
dis annus computatur heredi non solum
a tempore adite hereditatis verum etiam
a tempore admonitorii decreti ut in pall.
s. illud Sunt etiam qui dicunt quod cum hoc tempus
sit a iure determinatum episcopi vel iudicis secu
laris arbitrio relinquitur statuendum ex. de deci.
c. i. de offi. dele. de cau. ff. de iur. deli. l. i.
in fi. possum et dici quod si primo et secundo monitus
differat exequi non sit ultius expectandus
ut in pall. s. si at q. fac. n. et si continue
ti constet episcopo de malitia eius nolentis
exequi sit nec manifeste contumax expecta
dus est nec ei est altera dilatio danda
extra de iudic. c. i. C. de tem. appell. l. si ex
de parti. c. constitutis xvii. di. si quis
de hoc v. quid si unus ex

Quid si ex
ecutor a testatore datus ad distribuendum
aliqua inter pauperes aliquid de bonis suis in
exequendo officium illud expendit nunquid
hoc deducetur de bonis et hereditate defunc
ti in quibus datus est executor ar. quod sic
C. de episc. et cle. l. nulli rerum ita tamen
ut ibi ne humanitatis contemptu relic
te pecunie erogentur ubi innuitur quod episcopus
qui substituitur in locum eius que de
functus deputaverat facturus erat ex
pars de hereditate unde idem dicendum
erat in eo qui fuit a testatore deputa
tus cui episcopus succedit ar. ff. si quis caut.
l. si cuius s. qui iniuriarum

Sed nun
quid commissarii quibus per testatorem est at
tributa potestas vendendi de rebus suis
pro exequendis legatis possint ven
dere de rebus testatoris et ponere manum
ad quam rem maluerint videtur et non
C. quando decreto opus non est l. predium

Et sic finitur iste Tractatus

Deo gratias

Tractatus quartarum

In Christi nomine Amen Incipit Tractatus
domini Dini de Mugello legum doctoris quar
tarum etc.

QVartarum
Alia est debita iure natu
re Alia iure institutionis
que falcidia nuncupatur
alia trebellianica dicitur Alia que ex
constitutione divi Pii debetur Alia est
que generale nomen retinet et in plures
quartas dividitur Iuris nature compe
tit illa que liberis debetur ut ff. unde
liberi septo heirede s. nam sic et extra de
testis c. raynutius v. quia vero et c. rai
naldus v. ar. summa ibi tertia partem
iure ne etc. et v. usque in portione et C.
de inoffi. do. si totas et de inoffi. testa. l.
parentibus et in cor. aut. ut cum de appell.
cogno. s. cas et hec olim erat quarta ut
C. de inoffi. te. cum queritur hodie triens
si quatuor sunt vel pauciores Si vero
sunt quinque vel plures tunc est semis ut
in aut. de trie. et semis. s. i. que autem
est signata sine l. cum queritur et incipit
novissima et hec quarta debet esse extra
nea ab omni onere et conditione et temporis
prorogatione ut C. de inoffi. testa. l. cum no.
et l. quinque in prioribus et l. imp. et in
aut. de resti. et ea que pa. s. quia orbe
et in hac quarta computantur omnia que
perfecta sunt de bonis defuncti ut C. de
inoffi. tes. l. quoniam novella et l. si quando
s. generaliter et C. de coll. l. pe. preter dona
tionem simplicem et fructus patrimoni
ales nam in rebus principalibus debet
esse ius ut C. de inoffi. te. l. scimus et l. si
quando s. fi. quod intellige secundum distinctionem ibi
positam Item olim sufficiebat hanc
quartam tertiam vel semissem quoquo re
licti titulo ut in predicta aut. novissima
hodie ut excludatur querela inofficio
so relinqui debet iure institutionis ut in
aut. ut cum de appel. cogno. s. aliud quoque
capitulum et s. scimus et sic illa novis
sima aut.ca que est de trien. et semis. cor
rigitur per illam aut. ut cum de appel. cogno.
s. aliud et l. scimus quod quidem de plano
concedunt vel cuius legittima correctio
sit vitanda usque ad sanguinis effusionem
ut ar. C. de testis l. scimus et de appel. pri
mus in fi. ar. in aut. de armis in prin.
et in aut. quibus modis naturales efficiantur
sui s. tribus dicas et melius quod quando pater
familias vult sua ultima voluntatem
durare firma ne infirmetur per liberos
si quidem faciat solempne testamentum tunc iure
institutionis debet relinquere trientem vel
semissem secundum numerum liberorum et sic lo
quitur aut. ut cum de appel. cogno. Si vero
minus solempne faciat testamentum puta co

diallos sufficit quoque relicti titulo et sic
intelligitur aut de trien et semis § i secundum
aut iur canonicum ista solepnitas non exi
gitur ut ex de testis cum esses et c relatum
et de iudiciis c dilecti potest dici quod suf
ficit iur canonicum quocumque relicti titulo
Sed nunquid in hac quarta parte pa
rens potest gravare filium substituendo ei
quidam dicunt ut C de inoffi testa l si pr
et l filius et l si ex tribus nam pot exem
plarium facere substitutione ut C de im
pu et aliis subst l humanitatis Item fi
lio exheredato substituit ut in insti de pu
subst § non solum Nam tales substitu
tiones fiunt ad provisionem et ad cautela
ut ff de inoffi testa pap § si quis impu
beri et ita videtur voluisse d az Sed
dns h et quidam alii dicunt quod pater non
potest gravare filium substituendo ei ali
quo modo ut in aut de testi et ca que
pa § qua obrem et C de inoffi te l quoniam
in prioribus et ibi aliquatulum de hoc
notatur et l scimus § ii prima verior
est Et hoc quando pater directo substituit
nam per fideicommissum non posset az pdre l
quoniam Et nota quod sicut hec quarta liberis
debetur quibus parentes debent ut ex
de censibus caplo cum apostolus ad hoc ut
parentum ultima volutas non expug
netur per querelam Sic econverso liberis
decedentibus sine stirpibus ascendentibus
et quarta debetur ascendentibus ut re
moveantur a querela non tamen iur ne
sed iur inofficiationis ut ff unde liberi
l scripto § non sic et ff de inoffi testo l
nam et si parentibus et l pater cum
filium cum suis similibus Iure instituti
onis sive falcidie debetur quarta cum
passa fuit testatorem et heredem scriptum
honerat legatis et fidei commissis sin
gularibus ultra dodrantem tunc insti
tutus de quolibet legato detrahere
potest tantum quod quartam partem habeat
ut insti ad l falc in pri et ad exclu
dendum hanc quartam imputantur heredi
omnia que capit iure hereditario et
ea tamen ut ff ad l falc l in quartam
hereditatis § primo et ultimo ipsius legis
sed hoc fallit in tribus casibus Pri
mus cum prelegatur aliquid heredi ut
falcidiam detrahat ut ff ad l falcidia
l quod autem in fi Item cum a statu libe
ro de peculio sive causa implende con
ditionis capit ut in eo ti l aut que
et ff de donat ca mor l quod conditionis &
certe quod a statu libero Item fallit in tertio
casu s ut ea que non capiuntur iure he
reditario sed iur legati computentur in quar
tam ut quando ego et tu sumus instituti he
redes et michi a te prelegatum est et tibi
a me certe si falcidia velim uti contra
te illa que a te capio computantur in

No quod ascenden ba debet quarta

No de quarta iur institutionis sive falcidie

Nunquid filia possit deducere duas quartas vi
de quod no Cy in l quamquam C ad l falc et bar
in l i § prima ff si cui plus quam per l falc et
quod no glo et bar in l papinians § me
minisse ff de inoffi testo et vide in libro
consiliorum super guberta nunc est lilium coro
natum ubi est quod qui incipit In xpi nomine
Amen quedam dna gabriella etc

quartam ut ff ad l falc l nesennius et is
ta quarta locum habet si heres faciat
inventarium et in presentia legatariorum vel
pro eis agentium quando sunt tales persone que
voluit interesse vel si absentes sint vel no
lunt interesse si fiat in presentia eorum testium
locupletum in civitate et bone opinionis
ita tamen quod si res presentes sunt quod inventa
rium facere incipiat infra xxx dies vel ipsum
complere faciat infra alios lx dies Si vero ab
sentes sunt infra annum incipiat et faciat
ut C ad l falc l ii et iii et quasi per to
tum et C de iur deliberandi l scimus
§ si aut dubius et § si aut in locis et
C ad l falc aut sed cum testator Cessat ut
falcidia si inventarium non faciat Item quando
testator prohibuit ne falcidia detrahatur
cognoscens plene vires sui patrimonii
Item si heres sciens substantialiter vi
res hereditatis quedam legata in soli
dum solvit ut colligitur in pall aut
sed cum testator C ad l falc Item cessat
falcidia in relictis ad pias causas ut
eo ti aut similiter Item cessat in testo
militis ut C ad l falc l in testo sed id
hodie videtur correctum ut in cor aut
de hered et falc § si vero et § fi et dicitur
falcidia a falcidio auctore vel simili
tudine a falce que defalcat de omni le
gato ut falx defalcat segetes Unde
versus Falcidiam cessare facit pars
debita nato Castula dos miles pietas
prohibitio crimen Res vetite vendi li
bertas sponte solutum heres solvendo pro
stantiam ia non ignorans secundum formam
non faciendo Est et quarta trebel
liamca que locum habet cum heres insti
tutus rogatus est restituere totam he
reditatem et tunc quartam retinet nisi
rogatus hereditatem adhivit quo casu
nil retinet ut ff ad trebell l quia po
terat et l cogi et l nam quod § quod com
pulsus Item nil retinet propter privile
gium testantis ut quia miles erat
ff ad trebel l marcellus § quod autem
in suspecta Sed nunquid testator pro
hibere ne heres detrahat quartam tre
belliamca videtur quod sic ut C ad l fal
cid aut sed cum testator Cy dicit quod non ut
C ad l falc l si ut allegat et insti de
fideicommissariis hered § sed quia et ita est no per
in dicta aut Sed denominata est ista quar
ta a trebellio auctore et venimus in ista
quarta fructus ut ex de testis c Ra
inutius in & in eo vero et ff de inoffi
testo pap § si conditionem Sed contra C ad
trebel Iubemus ubi dicitur quod si filius
est rogatus restituere quod non per fruc
tuum importatione debet habere quar
tam sed in ipsis rebus principalibus et
sic manifeste videtur concludere Sed tu
tollas hanc contrarietatem et ut huius

No hic circa inventarium heredis

No quando cessat falcidia

No de trebelliamca

ubi liqueat articulus iste ita distinguas
cum quis rogatus est restituere heredi
tatem aut est de extraneis aut de liberis
primum gradus uel suis filijs uel suis
fratribus si decesserit sine liberis Si de ex
traneis vel alijs conuictis aut ex mora sua
fructus percepit aut ex voluntate testato
ris puta appositis diem uel conditionem
aut ex negligentia fideicommissarij non pe
tentis Si quidem ex mora sua heres per
cepit fructus computantur in quartam
et superfluos restituit Si ex voluntate
testatoris eos computat in quarta et sup
fluos non restituit Si vero heres eos per
cipiat negligentia fideicommissarij non peten
tis nec eos computat in quarta nec eos
restituit ut ff ad trebel l mulier § si
heres et l ita cum § ex asse et l in fidei
commissaria et ff ad l falc l paulus § j
Si vero filius rogatus est restituere quar
tam retinet non per imputationem red
dituum sed per ipsorum rerum substantiam
nisi sit in mora restituendi per sua contu
matia ut pall' c ianuarius uel nisi a
certa die rogatus sit restituere tale
tamen quod certum sit quod possit tamen percipe de
fructibus quantum valet quarta ut ff
de inoffi testo pap § si conditioni uel in
certa die sit rogatus restituere quod tunc
eos non computat propter incertum an tamen
sit ex illis percepturus quantum est quarta
et sic loquuntur leges superius allegate
Item veniunt in hac quartam legata
et donationes et fideicommissa data gratia
implende conditionis ut ff ad l falc l in
quartam § sed in fideicommissum et hec cum
percipit ab extraneo uel a legatario sed
si percipiat a coherede distinguitur utrum
percipiat pecuniam et illam computat an cor
pus utputa equum et tunc pro parte sua com
putat pro parte vero heredis non ut ibi
Et si queras utrum prelegata computentur in
quartam et pro qua parte computentur distin
gue utrum rogatus est primo percipe et pos
tea restituere an econtra primo restitu
ere et postea percipe primo casu quando primo
prelegauit et postea restituere iussit dis
tingue Aut rogatus specialiter fuit
portione sua restituere non faciendo
mentionem hereditatis aut fuit rogatus
specialiter portione sua restituere non fa
ciendo mentione hereditatis Aut fuit ro
gatus restituere hereditatem aut porti
onem hereditatis primo casu quando fuit ro
gatus restituere portionem sua restituit
omnia ut C de fideic l cum virum et ff ad
trebell in fundo § fi et l marcellus
§ quidam Si vero primo restituere postea
percipe rogatus est semper retinet percep
tiones et est ratio quia non videtur ro
gasse de eo quod nondum deberat ut ff de contr
hen emp l in lege Et si queras pro qua

parte imputet at computet heres in quar
tam distingue utrum heres quartam reti
neat ex voluntate testatoris aut non primo
casu heres computat in quartam solam duo
decimam partem rei prelegate i quartam partem
eius partis que ei iure hereditario obuenit
quia in tertia est institutus Si vero volun
tate computat uncias quatuor rei prelega
te hoc est partem hereditariam ut ff ad
l falc l titia et detrahitur falcidia quar
ta trebellianica de singulis rebus ut
ff ad l falc l plautius et l linea et C
ad l falc l ij et ff ad trebell l marcel
lus § pop ita quod heres in una re non
potest detrahere falcidiam vel quartam
trebellianicam invito legatario vel fi
deicommissario verum tamen circa hoc
distingue aut heres rogatus est percipere
singulas res aut totam hereditatem
uel tantum de hereditate quod dividas non
remanet apud heredem uel a quibus
aliquibus res singulas et alijs partem
bonorum Si quidem res singulas rogatus
est restituere uel totam hereditatem
uel tantum de hereditate quod dividas non
remanet apud heredem non potest in
una re quartam deducere invitis lega
tarijs vel fideicommissarijs ut C ad l falc l
ij et ff ad l falc l plautius et l linea
et l in quantitate § fi et in insti ad l
falc § fi quod fallit uel si naturaliter indi
uisa sunt uel sine dampno diuidi non
possunt quia tunc de singulis rebus ut di
uidantur non est detrahenda falci
dia ut ff de leg primo l non amplius
§ primo Item fallit quando heres aliquid
de rebus que restitutioni subiacent ali
enauit quia tunc in odium sui aliena
tis debet computare falcidiam in rem alie
natam ut ff ad trebell l marcellus §
res que ab herede Item fallit quando
quis nesciens falcidiam locum habere
solidans res quasdam restituit quod tunc
in retentis i in hijs quas nondum res
tituit potest solidam falcidiam computare
ut ff ad l falc l si ex pluribus quibus
accidit beneficio exceptionis doli mali
Item fallit propter presumptam domini volun
tatem ut si pater in uita fundi concessionem
fecerit filio suo ad sui substentationem
certe presumitur quod voluerit quod et illud
habeat post mortem suam Unde in illo
solidam quartam potest imputare ut
C fam herc l filium quod verum est secundum quos
dam Sed tu dic aliter ut ibi non Si vero
singula legata aliquibus reliquit et alijs
certam partem bonorum tunc esset in potestate
heredis uel partem prestare uel eius exti
mationem ut ff de leg primo l non am
plius § cum bonorum et l si quis bonorum
et tunc si partem prestare possit cum res
commodi recipit diuisionem ut est dictum

est et hoc mu potest heres uel in pauci
oribus uel in una partem relicta legata
rio dare in qua legatarius consensit
vel iudex extimauerit ne habeat necesse
legatarius in omnibus rebus portio
nem petere ut ibidem colligi potest ut
ff de leg p l pt aut heres et ne de
ista restitutione de qua tibi feci men
tionem aliquid remaneat indiscussum
¶ No q tribus modis fit s re verbo et
ipso iure Re ipsa si forte passus sit heres
possideri hereditarias res vel totas vel
aliquas earum hac mente ut vellet eas
restituere Verbo etiam solo vel p epistolam
potest restituere ut ff ad trebell l resti
tuta Ipso iure ut si ipse qui rogatus est
restituere eam restituat et tunc quartam
de singulis rebus potest retinere ut i
insti de fideicomiss hered § restituta et §
potest et tunc pro ea parte que remanet
apud herede tenebitur heres creditoribus
hereditariis Pro alia parte tenebitur ille
cui restitucio facta est qui est heres sed
ille qui institutus fuit siue totam heredi
tatem siue partem restituat semper rema
net heres nisi forte rogatus sit restituere
hereditatem retenta sibi certa re uel certis
rebus vel certe summe pecunie uel maxime
tunc soluta onera hereditaria substinebit
ille cui fit restitucio et sibi imputet si
onerosam suscepit restitutione sed et
si nichil velit retinere heres in nichilum
oneribus hereditariis erit obligatus et
idem si nolens adire hereditatem compulsus
fuit adire hereditatem p pretore ad instan
cia illius cui debet fieri restitucio ut h
heres i insti de fideicomiss hered § potest et
§ sed quia et tribus § ibi s et ff ad tre
bell l quia poterat et C ad trebell l ij
cum sy vino pnotato q ille qui rogatus
est restituere res hereditarias alienare
non debet ut C comunia de leg § § sed usque
ad fine et l nisi propter dotis uel donationis
propter nuptias certe cum res proprie rogati
non sufficerent ut eo ti autem res q
et idem credo s q tales que subiacent
restitutioni possint diminui In tercio
casu puta propter restitutionem dotis facia
endam cum res proprie istius non sufficiat
licet aut illa res que nil de hoc dicat tn
quia similiter optinet equitatem idem di
cendum est ut ff ad l aquil l illud et C
ad l falc l si Nam ubi commode ratio di
uersitatis reddi non potest q statuitur
in uno et in alio ut C de libe pte uel
ex l i et ff de vbo ob l a ticio Sed si
rogatus est quis restituere q superest
de hereditate cum morietur tunc aliena
re poterat dodrantem quarta seruata
q et inuenire potest ex causa dotis vel
donationis propter nuptias vel redempti
onis captiuorum vel si non habet unde se
alat ut C ad trebell aut m qr rogantis
¶ Item no q qn quis rogat aliquem ut
post mortem suam restituat hereditatem
Aut facit mentione si sine liberis deces
serit ut c Ranaldus Aut no si facit me
tionem si sine liberis decesserit siue reli
querit filium siue filia uel aliquem descen
dentium seu ingressus fuerit monaste
rium siue religionem euanescit substitu
tio ut C de codi i§ptis l i et C ad trebell
aut nisi rogati et ex de pba c i pntia
Si vero non fuit facta mentio de liberis
aut heres rogatus restituere est de suis
aut de extraneis Si est de suis tunc eo liberos
relinquere licet in testo non sit facta
mentio euanescit ut C de insti et substi
l generaliter § i et in talibus ita roga
tis etiam naturales liberi prosunt ut ff
ad trebell l ex facto § si quis rogatus
et idem sonat in hoc Si quis dixerit si sine
liberis decesserit et si dicitur et sine here
ut e l § si Si est de extraneis tunc aliud est
ut ar C de fideic l cum acutissimi Nam
lex illa loquitur tantum in suis ut ibi no
nec ob l C de insti et substi l generali
primo Responso quia loquitur in alio casu
non in proximo dicto sed posset esse ratio
quia non est par eademque ratio ut
C de codicillis l si ¶ Est et quarta q
debetur filio arrogato ex constitutione
diui pij ut ff de adopt l si arrogator
et ff de inoffi testa l pup § si qs impu
beri ¶ Est et quarta que stat in noie
generali et in plures quartas diuiditur
et de ea habes in aut de trien et semisse
§ consideremus in fi q filij et filie cui
alium nouem uncias cuna vero quarta
fit etiam commemoratio de hac quarta ut
C de epis et cle aut sed neque ubi dicitur
q si curialis fiat clericus q quarta bo
norum suorum sibi retinet dodrantem vero
relinquid curie sue dicitur et de hac
quarta C de epis et cle aut presbiteros
ubi dicitur q pater debet habere quar
tam in bonis presbiterorum dyaconorum et
cantorum et lectorum hys decedentibus sine
liberis aut ab eis descendentibus si de
eis testati sunt aut alijs bona sua dicta
uerint at donauerint ut ibi dicitur et
de hac quarta habetur C vn uir et
ux aut preterea ubi habes q si mulier
sit sine dote et quiv premoriens sit lo
cuplex superstes uero laboret inopia suc
cedit una cum liberis cõibus uel alterius
matrimonij in quartam si tres sunt uel pau
ciores q si plures i uiriles et tamen
liberis extantibus eiusdem matrimonij
proprietatem fuerit heres vero non extantibus
potiatur et dnio ¶ Est et alia quar
ta de qua dicitur C de diuortijs et re
pudijs l iubemus ubi dicitur q si ma
ritus sine dote ux accepit et eam sine

No de quarta ex co
stitutioe diui pij

No de ea q generale
nomen retinet

causa repudiet vel ipe causam repudij
dederit vel comisit q ei quartaz boꝛꝝ
suoꝛꝝ dare teneatur ¶ Est et alia q̃r
ta siue tertia de qua fit mentio i insti
de success libertꝛꝝ § sed nrā vbi habes
q patronus succedit ab intestato liber
to si nullos liberos relinquat Sed si libe
ros relinquat ei succedūt ab itesto et ex
testo patrono excluso Item si minor est
C aureis et decedens sine liberis itesta
to nil tenetur relinquere patrono sed
si maior C aureis tenetur relinquere
tertiaz ptem nullis liberis extantibꝫ
vel etiam si extant et iuste sūt exhe
redati uel pteriti alioquin eaz ɔ tertiaz
ptem patronoꝝ poterit petere uel ad sup
plementuz agere si aliquid ei reliquat
libertus pura minus tertia ut dicto §
sed nrā Item fit mentio de hac quarta
C quando et quibus quarta pars debet²
de bonis decur l i et ij ubi dicitur q si
aliquis curialis succedat alicui curia
li in totuz vel in parte q curia debet
habere quartaz ptem Et no uersus oium
quartaꝝ ¶ Debita quarta datur natis
in rebus auoꝝ ut C de ioffi testa l cū
q̃ritur Restituendoꝝ retinetur quarta
bonoꝝ ut C ad trebll l iubemus Et p fal
cidiam fiat deductio quarte ut C ad l
falc l falcidie rationes Vx· iops locuple
te viro petit hanc quoq partez ut C
vnd vir et vx aut pterea Minus dat
quartā minus plus impali ut ff de
adope l si arrogatur Si monachus fiat
quartaz damus officiali ut C de epi et
cle aut sed neq Sed si me subeat pno
meo quarta paratur ut ff de hed isti l
si pater Atque repulsi viro q̃rur hac pte
iuuatur ut C de repudijs l Iubemus
Quartaz restauret moriens sine pole
rogatus ut C ad trebell aut gt rogat
matribus nupte venit hic ad comodi
natus ut C de scdis nuptijs l hac edi
tali Nam adepnate tribuit lex tulia
nate ut C ad l iul maie l qs qs Na
tus habet quartam gravida genitri
ce vocatur ut ff de iudicijs sed si fiscus
habet quartam si decurio moriatur
ut C qn et quibus quarta pars debet²
l i Dynus de mugello leguz doctor

¶ Finis huius Tractatus
¶ Deo gratias

¶ Tractatus successionū ab itesta
to s̃m dynuz

In xpi nomine Amen et Beate marie sp
virginis gloriose et Beati Stephani glo
riosissimi militis et martiris eiusdez
dni nri Ihu xpi in die natalitie cuius
hoc opus exemplari inceptū fuit et
beati Iohis euagelistē cuius festū sequitur
post natalitiā eiusdē Stephani et oium
factoꝝ et sactaꝝ dei Amen Incipit Trac
tatus successionū ab intestato p excel
lentissimū leguz doctorē dnm Dynuz
de Mugello cpilatus Deo grās Ame

Quoniam ab

intestato successionū ma
in iuris corpore tam i tex
tu q in glosis noscitur
esse dispersa Ideirco ne quidez iuris ple
itate glosaru multitudine p'ꝝ euoluat
sciam ut C de cadu' tollendis l i § no p
scripto ut p'ꝝ notitia uberius et clarius
habeatur psentē notulā ordinarie ppo
sui nec imerito cū cottidiane sint ma
terie ut ff de lib l legatum Et q p diui
sione oim rerū clarius et melius cpit²
ut ff de exc doli l i ¶ Sciendum ē q
gradus succedendi diuiditur in tres gra
dus s inferiorem superiorem et trāsuersale
ut in insti de gradi cgna § i et i aut
de hed ab inte § i Circa aut primū gdūz
notandum est q si quis moriatur ab i
testato et habeat liberos Primo succe
dūt liberi exclusis parentibus et colla
teralibus et succedūt equalit et idis
tincte licet olim secus sive sui Iuris
uel emancipati masculi vel femine ut
in isti de hed que ab inte § i et ij et in
aut co § i Et intelligas liberis usque
in infinitu ut ff de verbo signi l libero
rum Ideo vocantur liberi ut si in vno fi
lio pmortuo sit nepos vel pnepos vna
cū filio defuncti vocentur ut i insti de
hed ab inte § cum filius et ita itelligi
debet q nepos sit vnus vel plures uel
pnepos tantaz accipient morientis pte
quantū accipet eoꝝ pater si viueret
ut in aut de hed ab inte § si tamen
Verū q inueniuntur multe spes liberoꝝ
non omes filij succedunt equaliter
¶ Sciendu est q quidam sūt filij na
turales et legittimi Quidā legittimi
tantū Quidā legittimati Quidā nāles
tm Quidaz spurij Quidā icestuosi Qui
daz nefarij Quidā adulterini ut colligi
tur in aut qui mo na effi sui § palaz
¶ Dicitur aut filij legipti qui nati
sūt ex legiptimo matrimonio contracto vel
psumpto q sit legiptime cotractū ut
in aut qui mo na effi sui § legipti
coll' vij et ff de i ius uoca l quia et
de hijs qui sūt sui vel alie iur l filium

No differētiā filioꝝ

No q dicunt² filij legiptimi